



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1729. usque ad annum 1731

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1785

VD18 13322648

§. 30. Fœderatorum Belgarum edictum contra Gregorii VII. P. Officium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67677)

Sæc. XVIII.
A. C. 1729.

§. XXX.

Fœderatorum Belgarum edictum contra Gregorium VII. P. Officium,

Horum motuum occasione Fœderati quoque Belgii Status suam in Catholicos auctoritatem extendendi ansam arripuere, & quidem Hollandiæ ac Frisiæ Occidentalis Status die vigesima Septembris anno sequenti adversus Officium S. Gregorii VII. P. & Constitutionem *Unigenitus* novum decretum ediderunt, in quo querebantur, „quod Ordines decreta, quæ circa „Religionis Catholicæ a se ex *speciali* „benignitate adhuc toleratæ exercitium promulgassent, in certis casibus „neglecta, & tam indigne habita fuissent, ut etiam in Hollandiæ & Frisiæ „Provinciis Gregorii VII. Officium, quod „Romæ Pontificis jussu die 25. Septembris 1728. Breviario Romanæ Ecclesiæ fuit insertum, palam vel separatim vel ad Calcem Breviarii adjiceretur, cum tamen in illo magnis laudibus celebretur, quod hic Pontifex „Romanum Imperatorem excommunicasset, ejusque subditos a fidei sacramento solvisset. „ His præmissis addebant, notum esse, quod ex ipsis Catholicis Principibus nonnulli hoc
Pont-

Pontificis facinus ceu seditiosum & publicæ tranquillitati adversum re-
 probarint, ac propterea præfatum Of-
 ficiam tanquam perniciosum in suis
 Regnis & Provinciis nullatenus esse to-
 lerandum censuerint; compertum in-
 super haberi, quod omne studium in id
 impendatur, ut famosa Constitutio *Uni-*
genitus inter Catholicos in his Provin-
 ciis ac in Belgio foederato morantes
 invehatur, & *velut Regula fidei* tam in-
 tegre acceptetur, ut nequidem inde
 expungantur ea, quæ tamen non modo
 Protestantes, sed plures etiam Catho-
 lici tam generis nobilitate, quam officii
 dignitate conspicui haud immerito Prin-
 cipum paci & securitati adversa esse
 censuissent,

Sæc. XVIII.
 A. C. 1729.

Hoc ipsum in Batavorum oculis tam
 enorme erat piaculum, ut pro conser-
 vanda communi tranquillitate, & Prin-
 cipum securitate, necnon pro *Reformata*
Religione ab insidiis & Romanæ Sedis au-
sibus tuenda præciperent. I. Ne quis
 præfato officio vel publice vel privatim
 utatur, secus Sacerdotes tanquam pu-
 blicæ pacis perturbatores sine ullo sta-
 tus aut nationis habita ratione ple-
 ctendi, Ecclesiæ vero, Sacella, alia-
 que loca, in quibus Catholici alias ad
 Religionis suæ exercitia convenire so-
 lerent, & hoc officio usi fuerint, per in-
 tegrum

Sæc. XVIII. tegrum semestre occcludenda forent.
 A. C. 1729 II. Prohibuerunt, ne idem officium
 vel in Belgio secundis typis edatur,
 vel alibi impressum ibi vendatur, aut
 distrabatur, vel separatim vel ad finem
 Breviarii aut aliorum Catholici ritus
 librorum adiciatur, sed deinceps in
 Breviariis recens imprimendis omnino
 omittatur, indicta transgressoribus pœ-
 na mille florenorum, quorum media
 pars officialibus, altera vero Delatori-
 bus cedat: Præter hanc multam in-
 super statuerunt, ut si quis hoc edictum
 violaverit, cunctis Catholicis nego-
 tiandi jus penitus sit interdictum.

Huic Calvinistarum edicto jamjam
 præcinuerat Jansenianus Ultrajecten-
 sis Archiepiscopus Cornelius Joannes
 Steenhoven, qui die duodecima Maij
 1730. promulgato per Diœceses ed-
 dicto, officium Gregorii VII. tam publice
 quam privatim recitari omnibus ad ho-
 ras Canonicas obstrictis inhibuit: Si-
 mulabat, se non sine magna molestia,
 & nonnisi resistente calamo hoc edictum
 scribere; procul enim a se esse, ut un-
 quam debitæ erga S. Sedem reveren-
 tiæ oblivisceretur, aut in Successoribus
 D. Petri reprehenderet, si forte a recto
 veritatis Evangelicæ tramite deviant;
 Episcopalis autem muneris esse, præ-
 cavere, ne in publicis precibus quic-
 quam

quam fidei contrarium immisceretur, Sæc. XVIII.
 in officio autem Gregorii VII. legi, A. C. 1729.
 quod potestatem in Reges exercuisset,
 id autem esse contrarium institutioni
 Christi, qui ejusmodi potestatem in ter-
 ris nunquam exercuisset, nec eam suæ
 Ecclesiæ reliquisset, esse contrarium E-
 vangelio, perturbare pacem, & Acathe-
 licos adhuc magis ab unione absterrere
 &c. Ut ergo, aiebat iste Præsul, di-
 stinctionem utriusque potestatis defen-
 deret, & civili potestati independen-
 tiam a Sacra assereret, ac fœderatis
 Statibus, utpote suis Superioribus in-
 violatæ fidelitatis specimen daret, se
 ad proscribendum hoc officium, fuisse
 adactum &c. Hoc quippe sibi sola-
 men habent hujus sectæ Viri, ut se im-
 moto nexu Sedi sacræ, ejusque Apo-
 stolicæ auctoritati addictos verbis pro-
 testentur, opere autem hanc ipsam
 auctoritatem totis viribus impugnent.

§. XXXI.

Funestum P. Courayeri fatum.

Dissertationem, quam P. Courayerus *Vid. supra*
 de validis Anglorum ordinationi- *tom. 71.*
 bus ediderat, a Clero Gallicano & Pa- *pag. 513.*
 risiensi Archiepiscopo Cardinale Noail- *Et tom. 72.*
 lio fuisse proscriptam, jam supra me- *pag. 519.*
 minimus: superest ut hujus contro-
 versæ